



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

36 Grauida non potest sine peccato permittere se scindi, vt sic puer possit baptizari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XXXVI

Ex conf. 27. alias 27. x3

25 **M**andans alicui, ut alicquem baculo percussit tertia morte, ea secuta est irregularis ex homicidio, non tamen irregularitate indispensabili, ut colligitur ex Conc. Trident. sess. 14. c. 7. de refor. & Nauar. in Manu. c. 27. nu. 140.

DECISIO XXXVII

Ex conf. 28. deest in Nouis.

26 **P**ercutens leniter eum in capite, etiam sine intentione occidendi, morte secuta, irregularis ex homicidio voluntario indispensabili efficitur, saltem in foro exteriori, ita Concil. Trident. sess. 14. c. 7. de refor. & vix excusari potest etiam in foro interiori.

DECISIO XXXVIII

Ex conf. 29. 30. alias 21. 34.

27 **P**ublicans alicuius delictum, in quo publicando peccat, & alter ob eius dictum comprehenditur, & occiditur, irregularis est. Argum. c. presbyterum. de homic. & ait Nauar. in Man. c. 15. nu. 6. & c. 27. num. 214 & 219. cum ex omni homicidio illicito, quod sequitur ex actu illicito sua natura, lege, vel consuetudine, circumstantijs consideratis, expressè, vel virtualiter ad illud directo, irregularitas contrahatur.

DECISIO XXXIX

Ex conf. 31. alias 28.

28 **R**omittens defendere alium, qui se baculo vindicare intendens iniuriantem occidit, irregularis efficitur irregularitate illaque, quae casualis, & dispensabilis est, non autem illa, quae ex homicidio voluntario, & indispensabili nascitur, ut ait Nauar. in Man. c. 27. num. 219. & 239.

DECISIO XL

Ex conf. 32. alias 24.

29 **B**ono animo eum in manu tenens sine violentia laesione, si alius in rixa percussus a fratre suo gaudet, ex illa percussione postea motus irregularis non est in foro interiori, aut exteriori, ut ait Nauar. in Man. c. 27. nu. 230. cum ipse nec alium occidit, nec fratrem suum occidentem iuuat nec, ut occideret, mandauit, consuluit, aut causa proxima eum occidendi, aut percutiendi fuit.

DECISIO XLI

Ex conf. 33. alias 32.

30 **O**ccidens inuasorem, etiam cum moderamine inculpatae tutelae, irregularis est, si inuasio eius ex actu illicito ipsius inuasii precedente procedat, ita Nauar. in Man. c. 15. nu. 7. cum ad irregularitatem vitandam non satis sit, quod occidens inculpatae tutelae moderamen seruet eo tempore, quo inuasus occidit, si ipsemet inuasione causa extiterit.

DECISIO XLII

Ex conf. 34. alias 39.

31 **H**abens potestatem dispensandi super omni irregularitate, excepta illa, quae ex Bigamia, vel homicidio voluntario nascitur; super irregularitate contracta ex homicidio iusto, voluntarie facta in bello iusto, cum armis, vel in pace condemnando iuste aliquem ad mortem, vel iustam condemnationem exequendo, vel proximum defendendo, vel quouis alio iusto modo, dispensare non potest, ex Nauar. in Man. c. 27. num. 217. & 240. vnde nec in huiusmodi dispensare valet Episcopus, cum per Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 6. de refor. illis tantum data sit dispensandi potestas super irregularitate ex delicto occulto deicentis, qualis non est illa, quae ex homicidio iusto prouenit.

DECISIO XXXII

Ex conf. 35. alias 44.

32 **I**udex, qui postquam hominem ad mortem damnauit, & post sententiae executionem non aduertens se irregularem esse primam tonsuram accipit, peccat cum id scire teneatur, & dispensatione indiget, ut praedicti ordinis privilegij gaudeat, aut alios ordines suscipiat, cum sit irregularis; Primam tamen tonsuram sumendo, excommunicationem, suspensionem, aut aliam irregularitatem non incurrit. Argum. c. vel non est. de temp. ord. quamuis ratione praefatae irregularitatis ad pensionis, & beneficia etiam simplicia sit inhabilis; donec dispensationem a Papa obtineat; vnde beneficia, vel pensiones post irregularitatem talem, non habita dispensatione, obtentas relinquere tenetur, antea tamen quaesitas per illam non perdit, ita Innoc. in c. c. non sitis. de concess. preb.

DECISIO XXXIII

Ex conf. 36. alias 11.

33 **P**resbyter iniurijs, & malis ab alio affectus, apparitores ad eum insequendum, & custodiendum hortans, & rogans, si alter, ne in potestatem apparitorum veniat, mortem ipsi sibi infert, irregularis non est, cap. Significasti. 2. de homic. cum presbyter ille huius mortis nullo modo causa sit, nisi valde remota, & insufficientis quae irregularitatem non parit; Glo. in cap. de caetero. tit. cod. praesertim cum hic, neque illum occiderit, neque consuluit, neque mandauit, nec alicui alteri, qui eum occideret, opem attulerit, & irregularitas propter homicidium non contrahitur nisi ab eo, qui aliquid horum fecerit, cap. sententiam. Nec clerici, vel monachi, sed praeterea actus, quos presbyter fecit, liciti erant; quamuis enim illicitum sit petere, ut reus criminaliter puniatur, illicitum tamen non est presbytero malefactorem suum insequi, nec procurare, ut capiatur; cap. significasti. 2. de homicid. immo nec indicare iudici esse sibi paratas invidias; cap. de occidendis. 23. q. 5. ca. Maximinianus. 23. q. 3. & proinde nulla de causa talis presbyter irregularis est censendus.

DECISIO XXXIV

Ex conf. 37. alias 18.

34 **T**estis, cuius dictum non est causa sententiae mortis alterius, aut accelerationis eiusdem, irregularitatem non incurrit; secus autem si propter eius testimonium suspensus quis sit, ut saltem citius, quam alias fuisset, ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 211.

DECISIO XXXV

Ex conf. 38. alias 16.

35 **E**piscopus iurisdictionem criminalem habens, & Secretario suo iubens, ut deserat literas quasdam, quas ipse ad quandam commissarium scripsit, in quibus: ipsi commissario iubetur, ut sententia mortis, quam contra quemdam tulerat, mane diei sequentis executioni mandaretur, secuta morte, tam ipse Episcopus, quam eius Secretarius sunt irregulares, ita Ioan. And. in c. episcopus ne clericus, vel monachus. in 6. & ca. praelatis. de homic. in 6. cum aliud sit committere generaliter iurisdictionem criminalem, quod sine irregularitate fieri potest; aliud dicere commissario, qui iam reum morti condemnauit, ut eum occidat, quod sine irregularitate fieri nequit. Sicut clerico hortari licet milites praebatos generaliter ad victoriam consequendam; c. 3. q. 8. non tamen licet hortari vnum, vel plures milites specialiter ad occidendum, & maxime illum, vel illum particularem, ita Innoc. in c. pen. de hom. & Nauar. in Man. c. 27. num. 211.

DECISIO XXXVI

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiq.

36 **S**icut nemo seipsum absque peccato mortali occidere potest, cap. si non licet. 23. q. 2. ita nec absque simili peccato consentire quis potest, ut alius eum occidat, quando aliter ipsum non consentientem non occideret; vnde nec praegnaus

gnans sine peccato se scindi permittere potest, vt sic infans in vtero existens baptizetur.

DECISIO XXXVII.

Ex cons. 17. & 50. in Nouis, eadem ferè sunt, & desunt in antiquis.

37 Ignorantia iuris nec a peccato, nec ab irregularitate excusat sacerdotem occasionem etiam iustam opitulantem; irregularitas tamen hæc non est illa indispensabilis, quæ a potestate dispensandi data episcopis excipitur, per Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 6. vnde episcopus in illa dispensare potest, quando ex delicto occulto oritur.

DECISIO XXXVIII.

Ex cons. 26. in Nouis, deest in antiquis.

38 Rixante Petro cum Ioanne pro materia pecuniaria, si Paulus ob id Ioannem impellat in parietem, vnde vulnere suscepto, à quo tamen sanatus, postea infra mensem moritur, mors talis Petro, qui causam propinquam non dedit, ad irregularitatem imputari non debet.

DECISIO XXXIX.

Ex cons. 29. in Nouis, deest in antiquis.

39 Morderamen inculpate tutelæ secundum periculum illius attenditur, qui ab iniusta iniuria defenditur, siue seipsum, siue alium defendat, ita Nauar. in Manua. cap. 15. num. 4.

DECISIO XL.

Ex cons. 30. in Nouis, deest in antiquis.

40 Iniuriantem etiam fugientem quamuis insequi possim, & in tantum percutere, quantum est necessarium ad hoc, ne magnam honoris iacturam patiar; Adulterum tamen cum vxore, sorore, aut filia turpiter inuentum occidere licitè non possum; cum nec hic modus necessarius sit, nec lex id concedat; Et si, quia difficile est tam iustum dolorem temperare, pœnam condonet, l. Græchus, ff. ad leg. iuliam. de adult.

DECISIO XLI.

Ex cons. 31. in Nouis, deest in antiquis.

41 Aggressorem, quamuis ad meam necessariam defensionem tunc præuenire possim, quando is statim sine mora me est aggressurus: non tamen quando ex intervallo; quia tunc multis alijs modis, puta me absentando, aut non exeundo domo, aut in locum tutum me recipiendo, morbo item, & morte, vel penitentia me, volentis occidere, mortem effugere possim.

DECISIO XLII.

Ex cons. 33. & 35. in Nouis, eadem sunt, desunt in antiquis.

42 Irregularis est, qui domum ingressus ad adulterandum, se defendendo maritum ad ultimum occidit, cum huiusmodi ingressus ordinari videtur sufficienter ad occasionem suapte natura, lege consuetudine, vel maritorum propensione. Sicut etiam irregularis constat clericus adulter, ob cuius suspensionem maritus ita vxorem percussit, vt abortiret. (Aduertendum, quod cum consil. 47. in Nouis, idem in effectum sit cum consilio 46. in Nouis, & consil. 46. in Nouis, idem sit cum consil. 22. in antiquis, omittitur tanquam superfluum.)

DECISIO XLIII.

Ex cons. 49. in Nouis, deest in antiquis.

43 Dans consilium prægnanti, vt abortum procuret, & mediam, quibus id faciat, docens, quibus adhibitis, non tamen abortiuit, sed postquam bene peperit, puerum natum occidit, quamuis irregularis in foro exteriori censendus non sit, (si mulier ab ipsomet consulente prægnans facta non fuerit) eo quod creditur ex eius consilio infantem natum non occidisse; si autem ab ipsomet consulente grandida facta sit, in dubio præsumitur irregularis, ob huiusmodi consilium antea datum; Nec tuta conscientia mulieri asserenti se

non ex eius consilio motam ad puerum natum occidendum, credere potest.

TITVLVS IX.

De Torneamentis.

Hic titulus deest in antiquis.

SUMMARIVM.

1 Torneamenta periculosa etiam prouocatus ingrediens, an ecclesiastica careat sepultura.

DECISIO I.

Ex cons. ximico in Nouis, deest in antiquis.

1 Torneamenta periculosa etiam prouocatus ingrediens, & alium occidens defendendo se cum tanto moderate inculpate tutelæ, quod sufficeret ad excusandum cum ab homicidio, si extra illa inuasus occideret, adeo iudicatur peccator, vt si moriatur in eo, sepultura ecclesiastica careat. c. 1. de torneam. Si autem ingrediatur duellum, non solum peccat, sed etiam excommunicatus est, alijsque pœnis afficitur, & si in eo moriatur, ecclesiastica sepultura priuatur, ita Conc. Tri. sess. 25. de ref. c. 19.

TITVLVS X.

De Adulterijs, & stupro.

SUMMARIVM.

- 1 Ordinari potest cuius vxor ab eo clam ducta alij nupsit.
- 2 Adulter ad recipiendam coniugem adulteram cogi potest.
- 3 Iudex ecclesiasticus in concubinarios, vt procedere queat.
- 4 Cap. de ref. sess. 25. an in simplici incontinentia locum habeat.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 9. de conuers. coniugat.

1 Qui Matrimonium ante Concilium Tridentinum secl. 24. cap. 1. de ref. matr. clam contraxit, & vxor eius postea publicè alteri nupsit, ex quo filios suscepit, & matrimonium prius negauit, etiam si ipse clam postea adulteretur, sacros ordines ex Papæ dispensatione iuste suscipere potest, c. Agathosa. 27. q. 2. & illis vti pro tempore, quo illa viueret nupta, mortuo tamen eius marito, si ipsa ad eum redire vellet, in foro conscientie illam accipere tenetur, & ab vfu ordinum desistere.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 Vir, & vxor adulterantes, & postea ab iniuicem discedentes, non obstante utriusque adultatio, a iudice cogi possunt, vt simul cohabitent, immo vxor maritum religiosum factum ad euitandum incontinentie peccatum, & simul cohabitandum, reperere potest, quia cum vterque adulterium commiserit, mutua compensatione exceptio innata subinata est, c. intelleximus. de adult. & Nauar. in Man. c. 22. nu. 23.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 8. de off. iudic. ordin.

3 Quamuis Concilium Tridentinum, sessio 24. cap. 8. de reform. matrim. contra concubinarios varias pœnas, & vias procedendi contra illos statuerit; potest tamen iudex ecclesiasticus contra eosdem concubinarios, & concubinas non solum per viam inquisitionis, sed etiam viis nimium per viam accusationis, & denunciationis procedere, cum lex noua remedium adducens non